



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

28. de numero diligendorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

CAP. Quintum. Vnum mandatorum cha-
ritatis in alio continetur & intelligitur.

Quum duo sint præcepta charitatis, pro
utroque sæpe vnum ponitur: nec im-
merito, quia nec Deus sine pro-
ximo, nec proximus sine Deo diligi potest.
Vnde Apo. omne mandatum legis dicit in-
staurari, id est contineri & impleri in hoc
verbo, Diliges proximū tuum sicut teipsum.

R. 100. b.
157. b.
202. b. l. r. r. r. r. r.
212. b.

Ro. 13.
gal. 5.

CAP. Sextum. Non omnia sunt ex
charitate diligenda.

Non enim omnia (ait August.) quibus
utendum diligēda sunt: sed ea sola, quæ
vel nobiscum societate quadam refe-
runtur in Deum: sicut est homo vel Angelus:
vel ad nos relata beneficio Dei per nos in-
digent, ut corpus, quod ita præcipiendum est
diligi, ut ei ordinatè prudenterq; consulatur.

li. 1. de
doctri.
Chri.
cap. 23

DE NUMERO DILI-
gendorum.

DISTINCT. 28. CAP. Primum.

Omne genus diligendarum rerum in illis
duobus mandatis charitatis continetur.

Quatuor diligēda sunt (ut ait August.)
Vnum, quod supra nos est, scil. Deus:
alterum, quod nos sumus: ter-
tium, quod iuxta nos est, scil. proximus:
quartum, quod infra nos est, scil. cor-
pus. De secundo & quarto nulla præcepta

li. 1. de
doctri.
Chri.
cap. 23

1.
2. 3.
4.

dāda erāt, scil. vt diligere nos vel corpus nostrum : præcipitur autem Deus diligere & proximus. Vt autem quisque se diligat, præcepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat à veritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui : quia nemo unquam carnem suam odio habuit. Nam viri iusti qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Ideo speciale de hoc præceptum dandum non erat. Et ad hunc sensum tradit August. quòd ex præcepto non tenemur diligere nosmetipsos, vel corpus nostrum: quia nulla præcepta erant danda specialia & diuisa.

*dilectio sui
vt corporis sui*

*159. b. 1
201. b. 10
Matth. 3. a.
Gal 5. r
Rom 8. r
201. 7.
202. 17*

CAP. Secundum. In præcepto dilectionis continetur dilectio Angelorum & Christi, quatenus homo est.

angelus

Manifestum ergo præcepto dilectionis lib. 10. & proximi, etiam sanctos Angelos de deo contineri, à quibus tanta nobis misericordiae impenduntur officia. Ex quo & Christus Dominus proximum se nostrum dici voluit, vt in parabola saucij ostendit. & in Prophete. Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Eum enim proximum intelligimus, cui vel exhibendum est officium misericordiae si indiget. Sed quia excellentior ac supra naturam nostram est

*proximus
quis*

*Non est dilectio dei a proximi
dilectio in se distincta*

202. a. l. 5.

cant.

*li. d.
doctr
Chri
cap. 2*

diuina substãtia, præceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est. Ideoque licet Deus nobis omnia impendat beneficia: non tamen nomine proximi includitur in illo præcepto, quem non sicut nos diligere debemus, sed plus quàm nos, toto corde & anima. Christum verò in quantum homo est, sicut nos diligere debemus: eiusque sec. hominem dilectio illo continetur mandato. quem & sec. hominem magis quàm nos, sed non quàm Deum, debemus diligere: quia in quantum est homo, minor est Deo.

DE ORDINE DILIGENDI
respectu diligendorum.

D I S T I N C T. Vigesima nona
CAP. Primum.

Ordo in diligendis est obseruandus.

cant. 2.
li. 1. de doctr. Chri. cap. 27
Quia dicit Sponsa, Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Ordinem autem diligendi August. insinuat dicēs, Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat, quod diligendum est, aut æquè diligat, quod minus vel ampliùs diligendum est. Omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus. Et omnis homo, in quantum homo, diligendus est propter Deum,

CC iij